

Notes du mont Royal



www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.


SOURCE DES IMAGES

Bibliothèque nationale de France

EVCIANI IN CALVMNIAM ORATIO,
Hirundo item Plutarchi, latine redditā à Philip-
po Melanchthonē. N

Eysidis epistola ad Hipparcum, Chaspare Churrero
interprete.

Luciani Opusculum ad indoctum & multos libros
coēmentem, ab Anastasio Qu. versum.



PARISIIS
EX OFFICINA ROBERTI STEPHANI ER-
GIONE SCHOLAE DECRETORVM.
M.D.XXVII.

hic liber pertinet ac
me Leonavdum

Clyde

2
LUCIANI SAMOSATENSIS SOPHISTAE
ORATIO, LATINE REDDITA A PHI-
LIPP. MELANCHTHONE.

~~CALVMNIAE NON ESSE TEMERE~~
~~CREDENDVM.~~

ERNICIOSA RESIGNORAN-
tia est, & varijs modis noxia morta-
libus, non solum cōmuni hominum
vitæ tenebras quasdam offundere ac
veri cognitionē obliterare solita, sed
privatas quoq; singulorū rationes miscens ac pertur-
bans. Quo fit vt p̄inde atq; qui in tenebris errant,
immō haud aliter quām cæci, iam huc, iam illuc im-
pingamus. Quod haud procul nobis & ante pedes est
situ, non videmus. Formido est his capi, à quibus etiā
quām longissime absimus. Deniq; in rebus humanis
nihil tam faustè foeliciterq; agitur, quod nō error ali-
quis interpollet. Hinc sunt innumeræ illæ tragicæ cla-
des, fata Labdacidarum ac Pelopidum, alię item alio-
rum calamitates. ferè enim quidquid malorū scænæ
ac pulpita clamāt, ab ignorantia seu tragico deo com-
positum profiscitur. Illa verò cum aliâs potest plu-
rimum, tum noxia est immodice, si quando in calum-
nias familiares, & mutua inter se amicorum crima-
incident. Quibus solent, & intestinis dissidijs res dome-
sticæ, & odijs ciuilib⁹ vrbes funditus euerti: in natos
seuire parentes, nati parētibus insidiari, frater fratri,
amans amanti, amicus item ab amico diuelli: turba-
ri demum omnia calumniæ vafritia. Itaq;, quo pacto
caueri facile possit, & qualis nam sit Calumnia, vnde
originem trahat, quantum ferè efficiat, hac oratio-
ne, velut in tabella depingam. Porrò quam eius ima-

a.ij.

ginem subiiciā, Apelli Ephesio pictori acceptam refe-
rō dicatam, quum is apud Ptolemæum regem coniu-
rationis, quæ in Tyro authore Theodora, facta est, in-
simulatus esset, quanquam nec Tyrum viderat vn-
quam, nec Theodoram nouerat, nisi quantum fama
accepit, eum Ptolemæi præfectum Phœnicem admi-
nistrare. Verū Antiphilus quidam artis, gratiæque
Apelleæ æmulus, illum apud regem coniurationis
Tyriæ reum fecit, cum Theodora principe factionis
vīsum familiariter congredi, conuiuari, secretò item
& in auriculam inter conuiuandum colloqui. Paulo
post & defecisse Tyrum, & Pelusium Apellis consilio
occupatum esse. Tum Ptolemæus præter modum,
cum & aliâs nō satis animi compos esset, assentatio-
ne insuper tyrannica fractus, adeò excanduit, adeò
admiratione calumniæ percitus est, vt cōiecturis quæ
causæ fidem, aut facerent, aut minuerent, neglectis,
non animaduerterit calumniam, Apelleæ artis
æmulum esse. dein fortuna minori Apellem, quām
vt Pelusium prodere posset. hunc item beneficijs re-
gijs plus cæteris pictoribus auctum. Neque interim
percontatus, num aliquādo ille in Tyrios nauigasset.
Quin statim plectendus videbatur. Regiam tumul-
tu insolito Rex perturbat, Apellē perfidum, ingra-
tum, reum violatæ maiestatis, infidiatorem, coniura-
tum, clamat. Ac nisi quispiam è socijs coniurationis,
qui capti tenebantur, & audax Antiphili scelus sto-
machatus, & infelicis Apellis misertus, nihil ei com-
mune cum seditionis fuisse probasset, dubio procul
Tyriorum malorum poenam capite multatus soluif-
set, etiam si nihil sibi male conscient. Ptolemæus igi-
tur collecto animo sententiam mutauit, Apellem do-
nauit talentis centum, addito in seruitutē Antiphilo-

calumniatore. Apelles contrà periculi memor, tali est imagine calumniam vltus. Ad dextram considerat quispiam auribus prælongis insignis, quales ferè illæ Midæ feruntur. Manum porrigit procul accedenti Calumniaz. Circunstant eum mulierculæ duæ, Ignorantia, ni fallor, ac Suspicio. Adit aliunde propera Columnia eximie compta, vultu ipso & gestu corporis efferam rabiem, & iram æstuanti conceptam pectore præ se ferens, sinistra facem tenens flammeumam, dextra secum adulescentem capillis prehensum, manus ad superos tendentem, obtestantemq; immortarium Deorum fidem, rapit. Ante it vir pallidus, in speciem impurus, acie oculorum minime hebeti, cæterum planè ijs similis, qui sotico aliquo morbo contabuerunt. Hunc facile coniicias Liuorem esse. Quin & mulierculæ aliquot Columniam sequuntur comites, quarum est munus, dominam hortari, instruere, comedere, interpres picturae aiebat Insidias ac Fallaciā esse. A tergo, lugubri habitu, pullata laceracq; Pœnitētia subsequitur, quæ capite in tergum deflexo, cum lacrumis ac pudore procul veniētem Veritatem excipit. Hac Apelles tabula casus suos lusit. Iam & nos si videtur, Ephesij pictoris exemplo, recenseamus Columniaz rationes. Principio nobis effigiēda est, & explicanda finitione quādam, quæ vice &conis fuerit. Est enim calumnia, delatio ementita odio, clanculum reo calumniatori credita, delato ad respōdendum ac refellendū non admisso. Quæ definitio, personis, perinde atq; comicum argumentum, tribus constat, delatore, delato, & auditore calumniaz. Singulorum partibus defungemur hāc acturi fabulam. Omnia, si lubet, primum producamus in medium, actus principem, & quasi præsultorem, authorem calumniaz. Is

quidem quām mīnime bonus vir sit, ignorat nemo.
 Necq; enim quisquam vir bonus amico dāmnum dā
 re causatur. Nam boni viri est, hominū sibi animos
 conciliare studio bene merendi de amicis, neutiquam
 īnīmicis criminandis. Vnde haud incōmode colliges,
 īniustum, sceleratum, impium, In summa, incredibili
 rebus communib; calumniatorem esse. Nam quis
 est, cui non videtur in vniuersum iustitiæ pensum
 æqualitas, & quod aiunt, N E Q V I D N I M I S! inæ-
 qualitas item, & quod nimium est, iniustitiæ? Qui ve-
 rō clanculum absentē insectatur, æqualitatis metas
 egreditur, quippe auditorē sibi totum adserit, aures
 eius anteuortit, obstruit, & inuias responsuro, calum-
 nijs refertas, efficit. Ea sane extrema est iniuria vel
 optimorū legum latorū iudicio Solonis & Draconis,
 qui iureiurando Senatū Athenien. adstrinxere, vt pa-
 ri benignitate gratiāq; tam reum quām aētorem iu-
 dex audiat, dū alterius causam honestiore intelligat:
 Scelestum & crudele iudicium esse, si quid statuatur
 antea quām cum accusatione cōparata sit defensio.
 Ad hæc, sibi male propicios deos reddūt iudices isti,
 qui cum accusanti aures libere indulserint, reo dene-
 gant, aut præstigijs capti delatorijs, mussitantes con-
 demnant. Tantum à iusto, æquo, bono, legibus, & iu-
 reiurando, Senatus bene constitutæ ciuitatis calum-
 nia discrepat. Iam, si cui dubiæ fidei legum cōditors
 videntur, quorum decreta cōmonent, iustitia, non stu-
 dio partiū iudicare, is lōge optimi poetę impendio sci-
 tam sentētiā, immò verō legem sacro sanctā audiat,
 Nec nisi librato, dirimat sententia litem,
 Parte quid ex vtraq; queat, examine, causa.
 Nimirū, vates intelligebat, ex omnibus nullam esse
 neq; grauiorē neq; audaciōrē iniuriā, quām indicta

causa quēquam mortaliū damnare. Id verò ex omni parte Calumniator molitur, vti cum furore ac vecordia hominis coram quo res agitur, indefensum reum committat, defensurum parteis suas clancularia sectione arceat. Adeò enim hoc hominum genus obnoxium est formidini, adeò nihil audet palam, sed perinde atq; qui ex insidijs transuersi hostem inuadunt, ex abdito alicunde specu iaculatur, vt non sit qui cōtrā vel mittere telum, vel manu cōtendere possit, hostisq; ignar⁹ aduersarij, fraudisq; inscius pereat. Quod profectò minime fallax indicium est, in calumnia nihil inesse veri, nihil sani prorsum. Nam qui accusaturus quempiam, sibi conscius est veri, procul dubio, & palam audet aduersarium incessere, corrigere, purgantem crimen ferre. Ut in bello, qui iusta acie vincere hostem palam potest, turpe dicit, astu & insidijs certare. At hoc genus homines in aulis regijs spectare plurimos datur, optimatum fauorē hisce artibus ambiētes, vbi scilicet & inuidia crebra, & variæ suspicione, & assentandi criminandiq; occasio multiplex in promptu est. Siquidem ibi quo pluribus plura spes ostērat, eo necesse est maiore inuidia, sœuiorib⁹ odijs, æmulatione callidiore certari. Illuc videas licet, quam acres alter in alterū oculos defigat, qua cura obseruet. veluti singulari certamine congressus, si quid vspīā in alterius corpore forte fortuna nudū, aut male munitū cōspiciat, quod ferire fœliciter possit: ita studio cuiq; est, cum ipse primus esse cupit, vti proximū deijciat, exturbet, cōuellat, proculset. Hic si quis est vir frugi, temerē euertitur, illuditur, deniq; ignominiose exterminatur. Cōtrā qui adsentandi paulo peritior est, & habiliore ad mētiendū ingenio, probat, superat. Sanè omnino iuxta Homerī carmē est hui⁹ certaminis alea,

a.iiij.

Vndiq; communi sœ uitur Marte, pariq;
Victusq; victorq; cadunt fato.

Alium subinde alius, alia via aggreditur, vt ferè fieri solet, sicuti de magnis agitur commodis. sed per calumnias iter est vt compendiarium, ita minime securum. Principia inuidiæ debent inter spemq; metumq; fluctuanti. Exitus nihil non miserabile, tragicum, calamitosum habet. Cæterum Quadruplatoris ipsum quoq; studium nequaquam facile est, simplex ve, quanquam ita fortasse videatur, sed arte multiplici, solertia peculiari, indefessa deniq; & accurata diligentia opus habet. Necq; enim noxia fuerit Calumnia, nisi in speciem similia vero narret, necq; temere cunctarum rerum DOMINAM VERTATEM superauerit, nisi auditorem argumentosa & probabili actione, in summa, mille modis fallat. Porro deferatur is plerunq; qui honore quodam alios prestat. nempe ijs inuidiosus, qui spe illius frustrati sunt. Quo fit, vt omnium telis affectetur ceu obex, qui viam assequendæ dignitatis alijs intercluserit: sèq; primos tum singuli fore confidunt, si sublimem istum loco demonstrati sint, & ab amicis abalienarint. Tale quiddam in gymnico cursu fieri consuevit, vbi, si quis est cursor ingenuus, statim ruptis carceribus primas affectans, & animum ad stadij metas adiiciens, spe victoriæ è robore suo concepta, necq; sequenti incommodat, necq; omnino laboris huiusc socijs quidquam struit remoræ. Contrà, qui malitiosus, imbellis, eneruis contendit cursu cum alijs, desperatis viribus in fraudem intentus agitur, atque in vniuersum hoc vnicum spectat, quæ currentem occupet, impedit, ac intercludat, & ni succedat actus, non est, vt vlo alio modo vincere possit. Haud aliter in ambiendis magnatū amicitijs.

accidit, vbi si quis fœliciter anteuerortit, in medias cōtis
nuo labitur insidias, & incautus ab æmulis captus di-
scerpitur. Hi deinde amari, coli, amici videri incipiūt,
vel ob id vnum, q̄ bonis incōmodarint. Iam vti pro-
babilem & dignam fide calumniam faciant, nō quod
fortuito casus ostēdit, prehensant, sed in hoc toti sunt,
vt accurato delectu abseruent, ne quid absonum, aut
alienum, à causæ fide incidat. Adeo rationes eius quē
criminantur vniuersas, in peiore partem trahunt,
suspectas reddunt, quo fidē addant accusationi. Me-
dicum insimulant beneficij: magnificum ciuem, affe-
ctatae tyrannidis: tyrannum, proditionis. Interdum
auditoris affectus, sua calumnijs discrimina suppeditat,
cum quo si veteratores isti & nugiuendi suas te-
chnas cōparent, aptè illuditur. Quod si auditorem
zelotypum norint, Annuit, inquiūt, ille vxori tuæ in-
ter epulas, & defixis in eā oculis alto suspiria pecto-
re duxit, vxor vicissim suaue quiddam & amatoriū.
alia item quæ ad suspicionē adulterij faciunt. Sin poe-
ticæ studiosus, ea sibi arte præter modū placeat, Phi-
loxeno, aiunt, carmen tuum non probatur, hiulcum,
lege solutū censetur. Ad religiosum, En ille de pietate,
dēcqz Dijs male sentit, sacra detestatur, prouidentiā
vniuersi gubernatricem pernegat. Tum auditor ceu
cestro in auriculam immisso, excandescit, vt pro re cō-
iucere licet, amicum ab se, impos animi re ipsa nondū
contente cognita, missum facit. Talia ferè sunt, quæ
ab impuris iſtis configuntur, videlicet ad irritandos
audientium animos, maxime accommoda. Tum, qua
parte singuli præstant, eam potissimū iaculis suis ob-
noxiam iſ faciunt, ne quod auditor subita interturba-
tus ira, vero cognoscendo collocet ocium, deinde sese
purgaturo non fiat hominis copia, quē criminis ad-

miratio specieſcq veri occuparunt . Etenim dici non potest, quām instructa sit, quantūmq̄ valeat Calumniae facies, si quando cum cupiditatibus auditoris cōflictatur. Quondā apud Ptolemæū, cui Dionysio cognomen fuit, quispiam Demetriū Platonicum accusauerat, q̄ in Bacchanalibus aquam biberet, solusque omnium muliebribus non vestiret, de quo, n̄iſi accersitus ad regem mane palā vino libasset, & instita muliebri amictus, ad numeros Dithyrambicos, Cymbolorūmq̄ modos salijſſet, planē actum erat, q̄ & regiū exemplum non esſet imitatus, & aspernaretur Dionysiorum mollitiem. Apud Alexandrum grauiſſimi criminis reus fiebat, qui colere & adorare Hephestion na nollet. nam postea q̄ is ē viuis excessit, amore viſtus Alexāder, effuso animo ad reliquam funeris magnificientiam additum voluit, vt mortuus inter deos Hephestion haberetur. Continuo ei templa ciuitates plæræq̄ dicarunt, delubra condiderunt, aras, sacra, ferias Nouo Deo sanxerunt. Iuslurādum omnium religiosissimū, Hephestionis nomine fuit. Capitale erat, si quis hac parte vel contaretur, vel neglectim coleret. Hic euiratus affectus, hæc vesania, fuit assentatoribus occasiōni, accendendi, inflammādiq̄ regis. Narabantur insomnia, visæ Hephestionis vimbræ, prædicabantur illius responsa. Denique aræ & sacra dicata sunt Familiari & malorum Vindici Deo. Proinde, cū his Alexander initio mirè oblectaretur, tandem ita captus est, vt fidē quoque adhiberet, gloriareturque, quòd non modo Dijs genitus esſet, sed deos quoque ipſe faceret. Quo tēpore, quantū putamus aticorum Alexātri affixit Hephestionis diuinitas? Si quibus nō videretur cōmune numen venerari, accusabātur, deportabātur, gratia regia excidebāt. Tū Agathocles Sa

mios, qui primos aliquādiū ordines apud Alexandrū duxerat, magis itē ab rege honoribus auctus, parū abfuit, quin cū Leonibus cōmitteretur, Criminatus, q̄ il lacrumasset præteriens Hephestionis sepulchrū. Verū Perdica hominē seruauit, deos omneis, ipsumque Hephestiona iuratus, eum sibi in venatione augusta specie, Deum clarē visum, mandasse, vt Alexandro diceret, parcendū esse Agathocli, qui nō hoc lachrumasset, quod aut vana sibi Hephestionis diuinitas videatur, aut mortem miseratus esset cōmunē, sed pristinæ cōsuetudinis, & mutui amoris memoria, permotū esse. Sic igitur affectō Alexandro, locus adsentationi & calūniæ aptissimus fuit. Nā perinde atq; oppugnaturi virbes, non, quā probe munitæ sunt alto, præcipiti, ac solido mœniū opere, hostes inuadūt: sed vbi sentiunt quām minime defendi, muniri, muros accessu faciles, collapsos, hac omnibus viribus, certatim contēdunt, qua citra difficultatem irruere, ac potiri rebus queant: Ita qui criminandis alijs desudant, quod in auditoris animo lāguidū, fragile, facile subactu vidēt, in eam partem traducūt, cogūntque machinas suas. Denum quādo insultus hostiles nemo perfentit, nem̄ non obnititur, expugnant. Iam intra muros cū Etā igni ferroque deuastant, excidunt, populantur. Qualia verò simile est capto, & in seruitutem redacto animo fieri. Arma sunt istis aduersum absētem, fallacia, mendacium, perjurium, supplicium, impudētia. denique innumeræ imposturæ ac malitiosæ cationes. omnium maxime præsens, & longe efficacissima assentatio, Calūniæ cognata, immō soror. Quippe nemo hominum tam generoso est pectore, etiam adamantino septus muro, qui cū calumnię concedat, nō idem assentatione vincatur. Hæc foris recti iudicij

ceū fundamenta suffudit ac subruit. Intus coniurati cum hostibus proditores, irruentes adiuuant, manus porrigunt, portas aperiunt, & modis omnibus conni cūtur, vt auscultatorem Calumnia sibi seruum faciat. Sunt autem proditores, de quibus dico, Nouandi cupidio, natura humanis ingenij consita. præsentium item fastidium, sequax eorum animus quorum admiratio capit. Nescio enim qui fiat, vt omnes amore sui immodico admiratio furtim rapiat, & suspicione illectet. Quosdam equidem comperi studio calumniæ adeò suauiter titillari, auriculas vt si pennis confrices. Proinde talibus adiuti socijs, calumniatores cum irruerint, cuncta pro viribus euertunt. nec magno emitur victoria, vbi nemo repugnat, nemo vim tormentorum sustinet, aut iaculis iacula mutat, sed qui auscultat, ipse se sponte sua in manus hostium dedit. Interim ignarus insidiarum est qui accusatur. Nam haud aliter qui deferuntur, atq; qui captis urbibus pereunt, dormientes trucidantur. Et quod est in primis miserabile, nescius se reum haberi, neq; cuiusquam sibi sceleris conscius, amico candide congregatur, familiariter compellat, facitq; pro more, iam ante vndiq; circunuentus insidijs miser. Tum ille, si homo ingenuus est, & liber, confidensq; frangit iram, & effundit animū, defensionem recipit, agnoscitq; se frustra aduersus amicum exacerbatum fuisse. Sin autē est indole seruili, & male mascula, adit quidē, & summis arridet labris, verū odit, & clāculū dētibus frēdit: ac, vt inquit Poeta, Extruit irę fundamenta. Quo ego homine profectō nihil iniustius, nihil tetrius existimo, qui admorso labro bilē intus alit, odiūmq; intra se conceptum auget, aliud in pectore clausum, aliud in lingua expromptum habet, agitq; læta & co

mica facie, tragœdiam meram, & nihil non triste pa-
tientem. Id ille maxime patitur quum simili delator
vecordia apud eum cui parat insidias, odiū mussan-
do dissimulauit, effecitq; vt amicus videretur. Tum
enim ne vox quidē delati, nedum nō defensio audi-
ri solet. Tantum fidei Calumniæ facit, concepta de il-
lorum amicitia opinio. Hic quanto satius erat perpe-
dere inter amicissimos non raro clam alijs graueis si-
multatū causas intercedere. Sæpenumero item, quo-
rum sese reum calumniator fieri metuit, socium insi-
mulat: vt quum anteuorterit accusando, suspicione
culpæ ac criminè elabatur. Atq; ideo ferè fit, vt qui-
bus nos putent amicos tantum, inimicos nunquam
calumniemur. Nā actioni quæ ipsa sese p̄ se ferens
actoris odium, prodit, fidei nihil esse potest. Verū
quos vulgo amicos aestimant, aggredimur, ceu auscul-
tatori specimen fidei nostrę daturi, vbi sua ipsius cau-
fa, cōmoda, salutēmq; familiariū amicorū, neglexisse
videmur. Est & genus aliorum, quibus tametsi com-
peritur falso criminatum apud se amicū, tamen cum
credidisse pudet, necq; aspicere illum, necq; in gratiam
redire audēt: perinde ac ipsi iniuria sint affecti, q; alia
enam iniuriā nō prospexerint. Proinde, multa sunt
humanæ vitæ mala, ex eo q; promiscue ac sine discri-
mine calumnijs creditur. Quale est quod apud Poerā
ait Antia, Bellerophontem occide, aut Proete peribis,
Qui mihi conatus præsigne auferre pudoris Fœmi-
nei decus. Cum ipsa prior adolescentem ad concubi-
tum sollicitasset, contempta in hoc periculum indu-
xit, vt cum Chimæra pugna congresso, parum abfue-
rit, quin victrice bestia occumberet. Tanta poena luē-
da fuit castitas, pudorq; iuuenilis, quē hospiti cōiunx
adultera suspectum fecerat. Simile quiddam Phædra

priuignū calumniata, effecit vt filij caput pater. The-
seus execratum belluis marinis deuoueret, quanquā
ò superi, nihil prorsum deliquisset. At inquiet quispiā,
An nō dignus est fide nonnunquam vir, cæterum bo-
nis moribus & recto ciuilique iudicio præditus, qui al-
terum accusat? non licet tali auscultemus, modo reli-
quis sibi malis artibus téperant? Age inquam, est'ne
alius Aristide iustior? ille tamen aduersatus Themisto-
cli, cōtra eum populi animos exacuit, inuidia gloriae
popularis, vt aiunt, vellicatus. Aliás vir bonus Aristi-
des, verū homo erat, nec felle caruit, solebatque ama-
re alios, alios odisse. Iam si verum est, quod de Palame-
de ferūt, Sapiētissimus quidē, Achiuorū, ac ad res alias
gerendas accōmodus, inuidia flagrans, infidias para-
se fertur, cognato, amico, ad hęc eiusdem belli socio.
Adeò naturae hominum familiare est, hoc errore labi.
Porrò, quorsum attinebat & Socratem recensere, insi-
mulatum apud populum Athenien. seditionis & im-
pietatis? Quid Themistoclem aut Miltiadem tot par-
tis victorijs, suspicione proditionis notatos? Sūt enim
exempla innumera, & vulgo iam plæraque nō ignos-
ta. Quid igitur faciet vir prudens in re ambigua? sa-
nè opinor, quod Homerus in Syrenum fabula docet,
pernicioſas talium sermonum delicias nauigio præ-
tereat, obturet aures, nec passim aperiat affectui cui-
piā obnoxijs, sed ianitore sedulo ac fido abhibito, ra-
tione videlicet ac iudicio animi, recta dicentes reclu-
sis foribus excipiat, inutiles nugas obdito pessulo ar-
ceat. Nempe ridiculum fuerit, datum ædibus ianito-
rem, officio non defungi, aures mentémque vulgo pa-
tete. Postea quām ergo tale quiddam calumniarum
audieris, tute apud animum tuum rem ipsam perpē-
de: nihil attinet qualis sit qui accusat, nihil ad rem fa-

cūt alieni mores, nihil accusationis acrimonia. Quin, eo maiore cura rem discute, quo instructior venit de-
lator. Neque item credere conuenit iudicio & existi-
mationi alterius, immo accusantis odio, sed suum ve-
ri examen apud nos accurate seruandū est, suæ item
calumniatoris inuidentiæ partes dādæ. Deniq; quod
vtrinque argumenta suaserint, statuendū. Tum vel
odisse vel amare quem diligēter explorauimus, licet.
priusquam id factum sit, calumniæ concedere in pri-
mo statim congressu, hercle nimis quam puerile est,
ac indignum viro, longeque à iustitia semotum. At
verò horum omnium causā, vna est ignorantia, tene-
bræque illæ, quibus suę cuiuscq; hominis rationes mo-
ræque oboluūtur. Iam si deorum quispiam vitæ no-
stræ lumen afferat, futurum est, vt euaneat calum-
nia, fugiatque in altum Baratum, nec vsquam in hu-
manis locum inueniat, reddita nobis luce omnium
vitæ studiorum, veritatis beneficio.

PHILIPP. MELANCHTH. BERNARDO MAVRO S.

Lutarchi conuiualem quæstiunculā, qua sa-
ras aliquot Pythagoræ notas, ceu ἕρογλύ-
φα interpretatur, latio vtcunq; vindicauit.
Planè & ut σχέδιοι προοίμιοι quo alijs quæ frequēs
in manibus habeo, præluderē. Eam tibi Bernarde ele-
gantiss. dicare vīsum est, & illi quo iā tyro exerceris,
declamandi aptam generi, siue græce, siue latine vo-
les, & obeūdē adulefcētiæ tuæ necessariā προνεστιψ.
Quid enim tā p̄stes oportet, quām δὲ τοῖς ἀγαθοῖς
καλῶς ξυνομιλεῖμ, vt Platonis vtar verbis, hoc est, ne
qua vīpiā Hirundinū trahare cōsuetudine! Mihi cre-
de, nihil est validius ad fingendos mores, ad forman-
dam eruditionem, honesto bonorum cōmercio. Me-
ministi quos ad Dionysium versiculos Theognidis
scripsit Diogenes, omni vulgatos, vt inquit, Græciæ,
ἰσθλῶμ μὲν γὰρ ἀπ' ἐσθλὰ μαθήσεαι. οὐ κακοῖς
Συμμιγῆς, ἀπολεῖς οὐδὲ δὲ οὐτα νόοψ. Vale.

Ex octauo conuiualium quæstionū libro Plutarchi.

DE NOTA PYTHAGORICA, QVA HOSPI
TEM HIRUNDINEM RECIPICI NOLE-
BANT, PHILIPPO MELANCHTHONE
INTERPRETE.

YLLA CARTHAGINENSIS
aliquanto post tempore, quum Ro-
manum venirem, liberaliter me, saluta-
toris, ut vocant, epulis exceptit. Qui
bus amicos, cum plerosq; alios, tum
maxime Leucium quandam Tyrrhenum moderati
Pythagorici discipulum adcerserat. Is cum forte for-
tuna Philinum nostrum animatis agnoscet abstinere,
quod pro ordinis studio conticere licet, in Pythagoræ
mentionem prorupit. Inter cætera L O C R E N S E M
illum, iuxta vulgi opinionem, esse negavit. Tyrrhenis
adseruit, apud hos enatum, alitum, eruditumque, in-
dicio Symbola esse, qualia ferme sunt;
Cum lecto exurrexeris, stragula turbato,
Olla vestigium in cinere confundito,
Sarum ne transfilto,
Hirundinem in contubernio ne habeto,
Adunca vnguis domi ne nutrito.

Isthæc, ait, cum Pythagorici passim & scribant &c
doceant, soli tamen re ipsa Tyrrheni obseruant, affi-
duo iam olim ac iugi sancta studio. Hisce ab Leucio
dictis primis, quod de hirundine uberioris disputarat
videbatur absurdum, Auiculam innoxiam, dein &
humanæ societatis non expertem, cum eximijs illis
sæuitia, sanguinisque libidine, tantibus quibus
adunci sunt vngues, cōferri. Neque enim recte Leucio
b.j.

probabantur, qui scitum hoc symbolum aliò referebant, in consuetudinē videlicet vitilitigatoris cuiuspiam, criminibus, infestuo murmure, conuictorem exagitantis. Is enim vel picis, vel perdicib⁹, vel gallis commodius notari poterat, aubus multo maxime garrulis, quando & hirundini cum hoc garriēdi stridēdique perpetuo morbo nihil est commune. Tum Sylla Carthaginensis, id esse commenti. Ablegari ab domo familiarique conuictu Hirundinem prodigi⁹ causa, quod vitæ sanguinique cognato ferale habent. Terei familiam ferunt, partim fuga sibi consuluisse, partim horrendā quædam & nepharia passam, iam nunc quoque Daulidum nomine celebrari. Gorgias Sophista contrà eminus ad se properantem contutus Hirundinem, Nec admodum ait, hæc quoq; bella. Age, num id prodigi⁹, non est stridulæ illi luscinia⁹ commune? Quam eidem obnoxiam tragœdię domo non reiiciunt. Recte, inquam ego, & hæc ad rem faciebant Sylla. verūm qua ratione, quæ aduncis sunt vnguis non admittantur, primum specta, dein vt eadem habeatur ominosa Hirundo. Carnem depasci solet, venaturque sacras illas Musis, canoras cicadas. Humi volitās oberrat, exiguae captat bestiolas, authore Aristotele. Insuper vñā nobiscum versari solita, immunis nostro tecto vtitur, neq; quidquam parit comodi. Quum cōtrā ciconia, neq; regulis tuta nostris, neque vspiam aut facultatibus, aut studio adiuta, officio tamen sese, ceu mercede communis impensæ, in terram collato redimat. Nam quæ vitæ hominū aduersa animantia insidiantur, serpentes, busones, absurmit enecātque. Hirundo verò nostra tantisper abusione, pulo edito ac educto auolat ingrata, deinde & in recessus quosdā desertos, ignorabilis. Iam quod gra-

uissimum videtur, animantium duo sunt omnium
quæ nostro vtuntur hospitio, Musca & Hirundo. Quæ
nulla queunt arte cicurari, neque vlo nobiscum offi-
cio aut ductu cōmunicant. Musca, ne molesti quid-
quam patiatur, prehēsari horret. Hirundo suopte in-
genio exosa hominem adeò diffidit, vt & mansuefie-
ri non possit, & nihil non suspectum pauitet. Quæ si
quidem nō adcurate nimium, nec quasi ad regulam
dispensa volo, sed feriendi referendiç studio in me-
dium collata. Certemus enim mutuis licet sententijs,
opinor qui cauet Hirundinem, infidum, leuem ac ina-
gratum conuictorem, non quemuis pro tempore oc-
cursantem, mensæ, tecti, & reliqui domestici commo-
di gratia subrepentem, familiari cōsuetudine digna-
bitur. Hæc cum dixisse, sat mihi verborum videbar
fecisse. Nā & reliqua penè symbola, moralibus argu-
mentis expedieram audacius. Interpellat Philinus.
Ollæ vestigio turbando significari ne quam pristinæ
fræ indicem notam in animis nostris relinquamus.
Quin cum efferbuit, omnia continuo pacanda abo-
lendaque iniuriæ monumenta. Iam in confundendis
stratis nihil esse secreti quibusdam videbatur, sed pu-
dorem tamen & thalami reuerentiam indicari diffe-
rebatur. Ab amico non auferendū onus, Quid aliud,
quām adiutare laborantem, nihil ocio, nihil inertiae
dandum? Leutius interim cum hæc disceptantur,
neque commendans, neque reprehēdens quidquam,
agit silentium.

LYSIDIS EPISTOLA AD HIPPARCHVM,
A CHAS PARE CHVR RERO E GRAE
CONSERMONE IN LATINV M TRAD V
CTA, MELANCHTHONE PRAECE
PTORE.

LYSIS HIPPARCHO.

ostea qvam Pythagoras homi
num fato defunctus est, nequaquam
in animum induxi meum fore, vt fa
miliaria scholæ nostræ contubernia
dissiparentur. Quando verò præter
spem simul ac naufragi eiecta alicubi in deserto mari
mercede aliò forte fortuna traducti, dispersi sumus,
sanctū fuerit meminisse illius me rationes pias pror
sum ac diuinias. Neque verò quo communia faciam
splendida sapientia bona, his qui neque somnio dese
cati sunt animis. Non enim fas est cuique porrigerere
obuio, quæ tanto studio certatim bonis parta sunt.
Vt neque prophanis sacra Eleufiniorum silentia ape
riuntur, & que iniqui ac impij vtrique sunt, qui hæc
commisere. Primum verò deputare lubet, quantum
dimensi temporis degimus, in detergendis maculis,
quæ pectoribus nostris inoleuerant. Dum quinque
exacti sunt anni, habiles dissertationum ipsius facti su
mus. Vt enim tinctores antè solent purgare telam
quām inficiant, vt minime exolescentem panni fucū
imbibant, & qui non facile dispereat: Ita vir diuinus
instruxit philosophiæ initiatos, ne vlliū eum sperata
fallerent bona. Neque enim adulterinas venditabat
rationes, neque laqueos, quibus plerique Sophistarū
iuuentutem innectunt, nihil frugi causari soliti, sed

diuinarum humanarumq[ue] rerum scientiam præ se ferebat. At plerique cum habitu quendam & fucum doctrinarum Pythagoræ referant, admiranda quedā pollicentur, imbuentes neque decōte, neque ut conuenit adulescentiam. Ideoque duros ac impudentes auditores faciunt turbidis moribus ac audaculis contemplationes liberales miscentes. Ut enim si quis in puteum profundum coeni plenum liquidas ac puras vndas immiserit, id solum efficit, ut & turbaretur coennum, & aqua dispereat: ita illorum est ratio, tales talia docent. Sunt enim circum precordia spelæa alta quidem, & frequentia eorum qui nō sunt auspicato iniciati. Ea omnem cultum, & quidquid humanitatis ac rationis capax est, obumbrant. Irruperūt in hōce saltus, omnis generis vitia, depascendi ac vastandi causa, ne quid forte disciplinarum ac honestatis insidieat. Nominauero matres vitiorum, Incontinentiam & Cupiditatem, vtricq[ue] multa soboles. Ex incontinencia propagata, Incestus, Ebrietas, Stupra, Libidines præter naturam, Ira, Furores ad occidionem vscq[ue] ad crucem adigentes. Iam enim plerosque libido adeò vesana cōscelerauit, ut neque matribus neque filiabus abstinuerint, violatisque legibus coegerit patriā, parentes, principes eiusq[ue] imperijs, tanquam mancipia in extremam perniciē distrahere. Cupiditati hæc proles est, rapinæ, parricidia, sacrilegia, beneficia, & quæcunq[ue] his cognata sunt. Primùm itaque spelæis hisce purgatis, tales oportet affectus igni ferrocq[ue] excidamus, omnique paratu bellico erepturi clade mentes natura liberas. Tum inferi quiddam frugis melioris debet. Hæc tu heus Hipparche, magno studio quondam didicisti, neque custodisti tamen. O præclare, posteaquam Siculi tibi luxus degustati sunt, quib⁹

b.ijj.

deuinci ternere nō debebas; iam multi quoq; aiunt
passim te secreta sapientiæ vulgo prodere, id quod ci-
tra Pythagoræ instituta facis, qui legatis testamento
Dama filiæ commentarijs suis cauit, ne cui extra fa-
miliam traderetur. Quos cum illa multo precio ven-
dere posset, noluit: paupertatem & patris extremam
voluntatem auro rata preciosiora. Feruntq; morien-
tem Damam Vitaliæ filiæ idem mandasse. Certant
mulierculæ nobiscum. Nos viri haud ingenue ipsius
magistri mādata colimus, sacramēti nostri transgres-
sores. Gratum mihi fuerit, si te emendaris: sin aliter,
viues quidem nobis.

**ANASTASIVS Q. BONIS IVVENIBVS,
BENE AGERE.**

VOD IN GR AECIS LATINE
reddendis operam impendimus, qui
nescio quo genio ad literarum studia
semper sumus acti, neminem, qui
modo non iniqui sit animi reprehensi-
furum arbitror. Sed quod nostram etiam stultitiam
vulgò perdocemus, dum edimus quem primum fo-
tum intra nostros parietes peperimus, informem &
horridum, vehementer periculum esse video, ne cri-
mini futurum sit obnoxium. Cur enim non retinuit?
Cur emisi? At qui ita cogitabūt, sicut ipsi nos, ijs re-
spōsum idem volumus, Esse miserum opus & nimium
humile, nec vñquam attolli, quod authoris tantum
iudicio stet, ac non etiam censoribus multo diuersis,
subjiciatur. E quibus boni non certè improbabunt fa-
ctum, cuius conatus pulcher est & laudabilis, sed no-
tabunt quædam, hæc cognita proderunt. Venia dabi-
tur, si quid parum successit, malos nihil moror. Ego
verò non aliam rem existimo magis adulescentum
ingenia posse excitare, & alere eruditionem, quam
stylum: ille verò vertēdis alienis rectissime exercetur,
vbi & intra præfinitos terminos consistere, & nō pro-
positum habet, vestigijs manētem, sequi oportet: qui-
bus dū inhæret, saepe dubitat multa, quærit diligēter,
dispicit omnia, nonnūquā desperat, mox recepto ani-
mo pergit facere quod instituit: quæ omnia mirifice
mentē acuūt, & artē iuvant, quā nimis sero nūc ferē
attingimus: vt nisi certa ratione gubernetur, & omni-
bus viribus vrgeatur, frustra sit laboratū. Porrò hunc

b.iiiij.

sermonē ex omnibus Luciani scriptis delegimus, ut
optimum & eruditissimum artificio non mediocri
conscriptum: in quo tametsi unus præsertim locus
haud dubie deprauatus (nam & spectatæ antiquita-
tis exemplar consuluimus) animaduersus à nobis est,
qui ab incepto possit detergere, tamen secuti animi
nostrī coniecturam, maluimus qualiter cūq; reddere,
quām hoc offensi penitus desistere. Locū hoc signo
adnotatum inuenies * Nostrum studium hac in re
primum, boni, boni consulite. Valete.

LUCIANI SAMOSATENSIS ADVERSUS
INDICTVM LIBRORVM LONGA SV:
PELLECTILE TUMENTEM SERMO.

Tocrede mihi, quod tu putas, haud Exordiū.
eo potest esse eo consequere quod agis. Persua-
juntur. **A**propositum enim cum habeas futurum, ut
si omni studio optimos vndeque lib-
ros coemeris, ipse quoque inter do-
tos ac eruditos ponaris, plane tibi diuersum accidit,
atque hoc demum argumento, tua inscitia & inertia
vulgo proditur. Tametsi profecto optimos codices
minime comparas, sed ut quisque à bibliopola lau-
datus est fidē habes, ac prorsus qui hæc de libris mē-
tiuntur, prædam te faciunt, istiisque codicum capo-
nibus pulchre partus es thesaurus. Nam quo pacto
tu queas dinoscere veteres ac eximios, aut futilis &
putidos? nisi inde conicias quòd arroſi sint ac muti-
li, inque his dijudicandis blattis tineſque utaris æſti-
matoribus. qu'enim credam aliquid ac certò hæc te
posse peruidere? Et ut dem tibi hæc cognitionem per-
spectam, ac tenere quecumque Callinus pulcherrime,
aut ille laudatus Atticus omni gura absolute descri-
pserunt, quid hi ne tibi commodi redit hominum in-
eptissime? qui neque scriptorum speciem cōſyderas,
neque profecto magis uti ſcias quam cæcus frui pueri
venustiſſ. facies. **A**c tu apertis quidem oculis, & ad
tædium usque libris incumbis, & nonnulla valde fe-
ſtinata lectione percurris, ut ſepe lumina os anteuor-
tant, sed hoc non etiam fatis est, niſi noris virtutem
quoque totius & vitia orationis, ſenſumque scripto-
rum intelligas, & quæ ſtructura fit verborum, & quā
ad certam quandam minimęque fallacem amuſim

Correctio.

Confirmatio dicti.

Permissio.

A cōtrario
accommo-
dat simili-
tudinem.Lectio uti-
lis.

cuncta author exegerit mox certas, ambigua, syncera
parum ac concinna.

Quid mihi respondebis? Num hæc nosse te, cum
nunquam didiceris? An verò sicut ille quondam pa-
stor, aureum ramū à Musis tu quoque accepisti? Sed
Helicona certè, ubi Musas habitare aiunt, non ita es
à puero instructus, ut audieris opinor vñquam nomi-
nari, & meminisse Musarū tibi religio esto. Nā cum
pastore sane, quanquam aspero & multo sole defor-
mato, non piguit has congregari: at qualis tu es? Quæ-
so verò te per Libanitiden, concede hoc mihi, ut que-
dam tuorum facinorum pretermittā: talis inquam,
ne aspectum quidem, sat scio, ferrent, ac potius myr-
to vel malua cæsum sua sede ejerent, ne Olmeū aut
Caballi fontē, quibus gregibus sane horumque magi-
stris sitim sedare permisum erat, polluat.

Tractat
collationē.

Redit ad
argumētū.

Non credo te esse tam impudentem, tametsi in
huiusmodi nimis q̄ es fortis, ut ausis affirmare bonis
literis te fuisse imbutum, aut studuisse vñquā, ut vere
probatos codices tibi faceres familiares, vel quod hic
tibi præceptor extiterit, aut ad illum discendi gratia
te contuleris. Et nunc omnia illa uno hoc te consegu-
turum spes est, si ingentem librorum aceruum con-
gesseris. Proinde si hoc es animo, age, conquire quic-
quid Demosthenes ille orator etiam sua manu scri-
psit. Deinde Thucydidis historiam, quæ octies huius
oratoris industria extat descripta: Ita ut tot libri sunt,
quot Athenis in Italijā aduexit Sylla, ut super his dor-
mias, affixos tibi vbiq; circūferas, nū ideo eruditior es
futurus? Sicut enim adagio fertur, Simia est simia, eti-
am si aureū cultū gestet. Et librū quidē semper in ma-
nu portas, legisc; sepe aliquid, quorū tamē nihil peni-
tus intelligis, sed Asinus micās; aurib; lyrā auscultas.

Quod si librorum copia, doctum redderet eū qui cōparasset, preciosa profectō res erat, & vobis tantū diuitibus propria. si quidem veluti in foro, pauperes nos superātibus daretur mercari, immō cum ipsis bibliopolis, quibus libroruū tāta copia est, qui distrahūt, doctrina & eruditione quis certet? quos tamē, si rem spectes, inuenies haud multo te bonis artibus præsta re, nēpe sermone rustico vtūtur, mente nihil valent, quales merito sunt, qui in honesti & turpis contéplatione nunq̄ sunt versati. & tu vnū modo aut alterum codicē rediſ mercatus, iſti diu noctūq; in manibus voluntur: quid ergo cōmodi hic expectas? aut cur nō ipſe cellulæ quoq; librariæ doctæ tibi videntur, que tot veterum authorum scripta complectuntur?

Age verò, si nō est molestum paulū quiddā respōde, aut quia infantior es quam vt possis, saltē annue, vel abnue ea quæ sum rogaturus. Queso tē si quis tibia canendi artis ignarus prorsus, forte sit nactus Timothei tibias, aut quas Ismenias, septē talentis emit Corinthi, an ne arte inflāmabit? vel nullus vſus huic rei erit qua scitē vti nequit? Recte sanè abnuisti. Nam neque quibus Marsya & Olympus cecinerunt, hoc efficiant, vt concinnum quiddam inspiret qui nunquam didicerit. Vertū si quis Herculis arcus habeat, cum Philoctetes non sit, qui solus tendere potuit, & quod collimasset figere, quis tibi videbitur? Num qui facinus edat dignum sagittandi perito? Negas ratem gubernare ignorans, & qui nunquam equum concendit: ille si pulcherrimam & aduersus ventorum procellarūmque impetus inutissimam sit nauem sortitus, hic vero Centauro satum, aut generosissimæ notæ equum, vtrunque detisum iri opinor, quod neuter suis bonis vti-

Ab absurdo.

Inductio,
προσομιλία
тии.

Platonica
propositio,
& locuple-
tandæ ora-
tioni accō-
modatis.

κωνστρό-
ցով.

possit. Annuis? Obscro verò hoc etiā cōcede, si quis, velut tu es, indoctus, infinitos sibi libros acquirere laboret, censem' aliud hoc suo factō, quām risus & iocos eruditis facturum? Quid cessas annuere? Nam argumentū clarum est, quīque hoc ita fieri cernunt, vulgā tū illud haud dubie inclamat, Quid cani cū balneo?

Narratiū
culē seu Δι-
νγκυατά,
& pro re-
nata artifi-
ciosiss. cō-
parationes

Fuit nō ita multo antè in Asia vir opulentus, cui calamitoso casū, cum per niuem iter faceret, putrefactus ē frigore vstulis vterque pes deperierat: ille tam miserabilem fortunam expertus, infelicitatem solari cupiens, ligneos pedes truncis accommodabat, ac calceis induitis, vndique seruis innixus, incedere gaudebat. Vbi hoc insuper deridiculum comminiscebatur, crepidas pulcherimas & nouas sēper cura erat summa mercari, vt ita calceis speciosiss. ligna sua nempe pedes, essent conspicua. Nunquid verò hīs ad similia facis tu quoq; qui cum clauda mente sis, ac ficalneis sensibus, emis auratos soccos, quibus vix aliquis pes integer recte possit ingredi.

Et quoniam inter alios tuos codices, Homeri poësin saepenumero repositā est cernere: accepto aliquis libro, legat tibi secundum Iliados, quorū caue aliquid perpendas, nam nihil ad te, prēter quām qui istic depictus est, vehemēter absurdus homo, mutilo ac portentoso corpore, qui isthic concionatur, Thersites est. Ille inquam huiusmodi, si adeptus sit Achilis arma, putásne propterea fortem iuxta & decentem futurum, qui & fluum transiliat, & alueum turbet trucidatorum Phrygum cruore, occidat post Lycaona & Asteropæum, Hectorem, cū ne Meliae quidem pondus humeris sustinere queat? Negabis opinor, ac potius dices, dum post clypeum claudicaret, mox humili procumberet, impar armorū oneri, si quando sublato

capite ē galea prospectaret, suos istos intortos oculos,
 deinde loricę subiecto gibbo velut tuberes, & ocrea-
 rum dum in terra repit tractus: hæc inquam dices ri-
 sum omnibus motura, & ipsum de honestaturum pri-
 num panoplię opificem, deinde etiam dominum.
 Tu verò nūquid animaduertis prorsus idem tibi ac-
 cidere, dum librum manu tenens progrederis, cuius
 aluta purpurea, bullulæ aureæ sunt, at tu barbara vo-
 ce legis, deformans & euertens scriptoris dignitatē.
 Hæc cum facere te vident, non solum eruditi ridere Amplifi-
 folent, sed tui etiam assentatores, quorum consuetu-
 dine vnice oblectaris, auerſi se intuentes à cachino
 minime abstinet. Age verò, narrabo tibi quod Py-
 thijs gestum memoratur. Tarentinum quēdam Euā-
 gelum apud Tarentinos non obscuro loco natum,
 nec incelebrem inuasit cupidō vincendi Pythia, ubi
 quæ nudi certamina ineunt, non posse fieri vt supe-
 rior euaderet, quippe qui neque robore, nec pedū ve-
 locitate esset præditus, facile cogitauit. Verum cytha-
 ra & carmine omnibus premia præreptum esse,
 persuaserant pestes istæ, quas apud se souebat, laudā-
 tes & adplaudentes ad exilis quenque cantus strepi-
 tum. Itaque venit Delphos veste auro insigni, & co-
 rona aureis lauri folijs plexa, splendens, hæc verò eti-
 am smaragdis lauri fructui & qualibus variegata erat.
 At cythara visu mirabile, apparatu diues, ex purissi-
 mo auro fabricata, annulis & gemmis passim orna-
 ta, suiisque locis, Musarū, Apollinis & Orphei ima-
 ginibus sculpta, spectatores suspensos animis tene-
 bat. Iam autem venerat dies quo in Theatrum erat
 descendendum, cōueniunt tres certaturi, obtigitque
 fors Euangelo, vt secundo loco caneret, procedit ille
 post Thespin Thebanum, qui non male suas partes

egerat,auro,smaragdis,beryllis, hyacinthis totus col-
lucens,ipsa purpura,quæ auro contexta visebatur,cō-
mendabat hunc cultum mirificé: quibus cum iam stu-
pētes reddidisset, ac noua quadam & incredibili spe
replesset spectatores, cū omnino iam & citharā pul-
fare & ad cinere esset necesse, personat agreste quid-
dā, inersq; & incompositū simul dum immodece ci-
tharam increpat,rumpit tres fides,cantus autem pla-
nè ineptus erat,& solutus, ita vt ab omnibus qui ad-
erant rideretur:sed ludorum p̄fecti,offensi hominis
temeritate,loris cæsum è theatro proiecerunt.Hic ve-
rò iucundissimum erat spectaculum,aureus ille Euani-
gelus,cum per mediā scænam traheretur, ab his qui
verbēa infligebant,lachrymans,crura plagiis crue-
tus,humi interim colligens delapsos,dum vna vapu-
lat cithara annulos. Exiguo autem tēporis spatio in-
terposito,prodit Eumelus, quidam Eleus, peruetustā
citharā afferens, cuius lignei erant clauuli, ipse vestē
indutus vix vna cum ferto decem denariorū precij.
At ille &c bellum edebat carmen,& rite sicut ars po-
scebat, chordas feriens modulabatur, itaque & vi-
ctor abibat, preconis voce proclamat⁹: ridēs interim
Euangelū, qui nequidquā cithara ac annulis istis se-
ſe ostentasset . Et aiunt sic fuisse allocutum: Aurea
lauro redimitus es Euangele,& quid nō opibus enim
vales: me vero quia pauper sum, Delphica oportet
esse contentum: veruntamen hoc commodi tuus ti-
bi ornatius peperit, quod cum neminem tui misere-
reat,oderint omnes istas tam inepte superfluas deli-
tias.Mirum vero ni pulchre tibi cum hoc Euangelo
conuenit,quatenus ne tu quidem spectatorum cachi-
nos quicquam moraris.

Arbitror autem non intempestiuum esse, vt Lef-
biām quandam fabulam tibi narrem, Cum Orpheo
Thressē mulieres dilaniassent, ferūt, caput vatis vna
cum lyra, cum primum Hebrus excepisset, in Nigia-
rum pontum eiectum, atque ita simul natasse, caput
ac lyram, illo lugubre quiddam in Orphei necem ca-
nente, hac ventis chordas percellentibus aptos mate-
rie faciente modos, donec ad Leiburn adpellerentur,
vbi incolæ fluctibus vtrisque ereptis, caput sepulchro
condiderunt, lyram autem suspenderunt in templo
Apollinis, in quo cum bene lōgum tēpus fuisset ad-
seruata. Multis annis pōst Neanthus Pittaci tyranni
filius, cum quæ de lyra narrabantur audisset, quod
bestias hac demulcisset Orpheus, plantas & saxa mo-
uisset, quodque ipso iam cæso tamen per vndas la-
ta nemine modulante resonasset, capitur incredibili
amore habendi hanc, quare ingenti pecuniarum vi
corrupto sacerdoti persuadet, Orphei lyram, alia sup-
posita, sibi det, qua accepta parum tutum ratus in-
terdiu hac in vrbe ludere: nocte, sinu occultam effe-
rēs, solus in suburbia pergit. Quò vbi venit, lyrā pul-
fare incipit, ac chordas perturbat, sperans stolidus &
imperitus artium iuuenis fore, vt diuinum aliquod
carmen percussæ fides redderent, quo cunctos per-
moueret, & animi affect⁹ quo vellet, traheret: vt hoc
nomine beat⁹ haberetur, Orphei musices hæres. Dū
hæc agit, vicini canes strepitū, qui eo loco erant pluri-
mi, exciti, coeunt, ac infelice istum citharoedū decera-
punt, quod ipsum solū cum Orpheo cōmune habuit,
postquam canes adduxerat. Manifestiss. igitur ostend-
sum hoc exemplo est, non lyram esse quæ homines
& feras lenierit, sed artem ac carmen, quæ præ alijs

excellentia mater; Orpheo cötulerat, lyra nihil à qui bus suis barbitis differente. Quotsum verò attinet Orpheus tibi aut Neanthū proponere: cum nostra ætate vixerit, & ni fallor adhuc superstes est, qui Epicteti Stoici lychnū scilicet sc̄ilem trecentis denarijs mercatus est, sperans futurū sc̄ilicet, vt si noctu ad istam lucernam legisset, mox Epicteti sapientiam somniaret, & similiis efficeretur admiringando seni. Sed nuperime alius quispiam Prothei Cynici baculum, quem cum in flā main insiluit, reliquerat, emit talēto, custoditque, etiam annū inter recōditas ac charissimas opes habet, ostētique non secus ac Tegeatæ apri Calidonij tergus, & Thebani ossa Geryonis, & Memphitæ Isidis capillum. At ille tantiboni possessor, ipsum se quoque stultitia & turpitate superauit. Viden? quam pessime restuæ habeant! & quòd Caluariæ fusce opus sit! Ego verò etiam Dionysium quondam scripsisse Tragœdiam accipio, sed qua nihil fuerit vñquam minus elegans, aut magis ridiculum, quas cum dedisset legendas Philoxeno, nec ille adulari posset, sed salibus incerferet scriptorem, s̄apenumero in lapidinas cōiectus est. Cum autem Dionysius contemnise, & vulgo fabulā esse cōperisset, nullę opera ac impēse pepercit, vt Aeschylī pugillaribus, quibus sua poemata describere fuerat solitus, potiretur: quibus acquisitis, iam sc̄ plenum ex Aeschylī ceras numine, & plane attonitū putabat. Et tamē in his ipsis longe absurdiora scribebat, quale est Doricum illud, ἡ ιηφή Διονυσίου γυναι. Et iterum, οἱ μοι γυναι καὶ χειρί μηρύ ἀτωλεσα, nā hoc quoque inde sumptum est. Et hoc, αὐτοῖς γὰς ἐμπαῖζουσιρ μωροὶ έροτῶρ.

Hoc tamen postremum non parum rectius in te quadret, quam Dionysium, & propterea ceras in-

aurare debebas. Nam quæ obsecro quid consequenda spes est, quod libros voluis, reuoluis, colligis, quod non decet resecas, croco pinguis, & polis cedro, amicis pellibus, bullulas infigis: sic agis tanquam fructū inde percepturus: & factus es scilicet vehementer ex hoc mercatu melior, quippe qui sic loqueris, ac potius qui piscibus magis es mutus: vitam autem viuas, dictu fœdum est: hoc certe aiunt, tuam illam obſcenitatem extreme odiſſe vniuersos: quod si librorū hæc effet culpa, fugiendum ab eis erat quam maxime procul. Duo autem cum sint quæ à veteribus scriptoribus petas, dicendi virtutem, & honeste viuendi rationes, dum quæ bona sunt imitaris, quæ mala deuitas: quando neutrum spectatus es, quid aliud comparasse dicemus tē, quām ludum muribus & tineis habitaculum, ac seruis, si negligentiores in codicibus curandis forte fuerint, verberas? Sed quod sum nūc datur, haud scio an tibi summam ignominiam adfert, si quis forte fortuna te conspicatus, sicut ferè cer ni amas, habentē in manu librum, roget author quis sit, orator, historicus, poeta? Ac tu ex inscriptione doctus, apte dicas quæ situm: postea, ita ut fit dum sermo familiaris progreditur ſepe longius, ille laudet alii quid aut accuſet scriptorum: tu verò nō habeas quod respōdeas, nōne optes tū ut tibi tellus dehiscat, qui in tui perniciē, velut Bellerophōtes, codicē attuleris?

Demetrius Cynicus cū Corinthi conflexisset in eruditum quendam pulcherr. librum legentē, opinor in Bacchis Euripidis locum, vbi nuntius Penthei factum & factum Agaues exponit, arreptum codicem lacerauit, Satius est, inquiens, ſemel à me, quām à te toties dilaniari Penthea.

Scire autem peruelim, quod ego nulla quantum
c.j.

Quid ex
authorib⁹
discendū.

Argumen-
tū inſcritiæ.

χρ̄α
Mista.

uis diligentí animi cogitatione assequi possum, cuius
rei gratia tanto studio in hoc foro sis versatus. Nam
fructus aut usus causa nemo putare queat, qui te vel
mediocriter nouit. Non certe magis quam si caluus
pectinem emat, aut speculum cæcus, aut tibicinem
conducat surdus, scortumve spado, vel nauē qui nūl
lum mare propinquum habet, aut gubernator aras-
trum. Sed fortassis hac re tuas opes iactas, dum palā
ἀπόφεσις facis etiam in res tibi nihil utiles, ex immensis diuiciis
esse quod insumas. At enim, quantum ego, qui & ip-
se Syrus sum, exploratū habeo, nisi te locupletis istius
hominis testamento, dolo fraudēque mala subingel-
fisses, iam diu vñū libris datis, fame tibi fuisse per-
eundum. At fieri potest, ut nunc deinceps ideo li-
bros vndique accumules, quo fidem facias assentato-
ribus tuis, quos audis quotidie prædicantes te non
modo bellum & amabilem Rhetorem, sed sapien-
tem quoque & historicum, qui secundum non inue-
niat. Fertur quoque, orationes quasdam te in conui-
uijs ex more recitare, ac illas terrestrium ranarum in-
star, sitibudas exclamare, nec potare nisi prius clamo-
re differantur. Nam nescio quo pacto non est diffici-
le naso te suspēdere qui omnia credis, sicut illud nu-
per te vni cuiuspiā regi ad similem, quēadmodum Pseu-
dalexander quondam & Pseudophilippus, & superio-
ribus annis Pseudonero, & qui alij hoc modo mētiti
sunt. Nec mirum est hominem insulsum te ac sto-
lidum sic affici, & lectica vehi, aut illum regis inces-
sum, vultum, habitum denique totum studere imita-
ri, gauderēque si quis te huic conferat. Quid hoc mirū
inquam, quandō etiam Pyrrhus Epirota alioqui vir
clarissimus, dicitur, ita ab assentatoribus fuisse corru-
ptus, ut se Alexandro illi similem arbitraretur, quanq̄

istorum sacrilegorum opus palam erat omnibus. Nam Pyrrhi quoque imagines iam circunferebantur, tamē ille in hoc erat, expressam Alexandri figuram. Hactenus equidem contumelia affeci Pyrrhum, quod tecum comparaui, verum quod super pulchre inter nos cōuenit. Nam Pyrrhus postquam ita esse in animū induxerat, nemo erat omniū qui diuersum vel sentire vel loqui vellet, donec vetula quædā eius Larissæ hospita, id quod res erat prolocuta, vesaniam hominis repressit. Ille enim cū Philippi, Perdicæ, Alexadri, Casandri, aliorū que regum Macedonū imagines protulisset, rogauit, cui nam ex istis similius videretur, omnino pro certo habens fore ut Alejandro pronunciaret. At illa diu contata, tandem Batrachioni inquit: erat enim quidam in vrbe cocus Batrachio nomine, Pyrrhoperquam similis. Tu quoque quæ ex histrionicis cingidis referas, tacere malo: sed quod vniuersi dicāt, ingenti te correptū insaniam, qui illam imaginem tibi cōuenire putas, hoc vero sat īcio. Itaque nihil est noui, si, tam nullius artis pictor cum sis, viris eruditissimis æquari te possulas, ijs fidem habens qui hoc nomine te laudibus efferunt.

Quorsum verò has nugas? cum causa sit in prouttu istius tui librorum coaceruandorum studij, tamē etiā, qui meus est stupor nunc demum animaduerti. Nam quod opinare, prudenter hoc inuenisti, ideoque in magnâ spem erectus es, regem intelligentē virum & in primis amantē doctorum, postquam dīdicerit quādes operam libros plurimos habere, in nulla planè re ibi defuturuim. Verum heus mollicule, an tu putas tantum Mandragorę oculis regijs offusum, vt cum hæc audiat, nō etiam habeat compertum, qualis tue diurnæ viræ ratio, quæ cōuiuia, cuiusmodi noctes,

c.ij .

ἀφορίσμος

quales & quibus cum confuetudinem agas: an nescis multos regibus esse & oculos & aures? & quæ tu facis adeò latent neminem, vt & surdis & cœcis sint cognita. Atque utinam loquentem possemus audire, ac lauantem daretur contueri. quanquam quia aliter putas, nō attinet te in publico vestibus exutis cerni: nec enim serui tui tacebūt, quæ noctu indigna relatu facinora edis. Respōde igitur mihi hoc quoque, si Basilius ille noster Sophista, aut Battalus tibicen, aut iste Sybarita Cinædus Hemitheon, qui nobis præclaras illas leges condidit, quemadmodum omni spurcitiei genere furere oporteat: si istorum inquam vnius aliquis, leonina pelle circundatus, clauam manu tenens prodeābulet, quid? Herculem ne existimas, quibus obuiam factus sit, habituros? nō equidem opinor, vt maxime illi forte cœcutiant, sexcenta enim sunt quæ repugnant, incessus, obtutus, vox, obliqua ceruix, vaetus fucus, vnguenta quibus vos soletis excolare, & omnino sicut in proverbio est, Citius septem elephas sub aliis absconderis, quam vnum Cinéquum. Iam cum leonina pellis hunc non occulat, tum speras libello coniectus posse latere? Sed fieri nequit, quin te prodant alia illa vestri indicia. In summa ignorare te video, quod bonam & splendidam famam non ab illis librorum institutoribus, sed à se ipso & quotidiane vita modo petere conueniat. An verò cōfidis ad uocatos ac testes probitatis, futuros tibi Atticum & Callinū librarios: caue putas, sed saeuos homines perdituros te, si Dij finant, ac ad extremam paupertatem redacturos, Quem nunc tādem modestiorem ac magis cogitatem par erat istorum codicūm vni cuipliam ex eruditis copiam facere, simûlque ex ista nuper extorta domo migrare, ijs etiam apud quos mancipia

Obiurga^s
tio seria.

prostant, reddere partem sicutem multorum debitorū? Etenim his duobus præcipuam collocasti operam, ut libros possideres raros, & adolescentes validos & robustos. Proinde confydera, quām sit res aurea consilium. Nam meo quidem iudicio rectiss. fuerit, si misera feceris ea quæ non magnopere ad te pertinent, ac illum alterum morbum curaris. Et pro istis ministris (sic tamen ut ne perpetua emptione res domesticæ deficiant) adhibueris ingenuos aliquos, quibus ne integrum quidem sit (quando nihil accipiunt) proferre omnia, quæ vos inter comesandum designatis. Qualia nuper Pusio tuus obscoeniss. de te mane domo egredius narrabat, etiam signa ostendens sceleris? Ego verò testes facio, quotquot tum aderant, quām indigne tulerim, & vix manus cōtinuerim, iratus tui causa, maxime cum vnum atque alterū adduceret cōfirmaturos quę dixerat, qui & ipsi eadem multo sermone declamabant. In hos ergo usus reconde argentū, bone vir, ut domi tuto ista perpetrare possis. Nam quis nunc deinceps ab istis quibus te adsuefecisti retrahat? non facile cessat canis coriū rodere ubi coepit.

At illud alterum, ne in posterum libros commercetis facile obtinebimus, Doctus es, sapiens es, Quicquid vspiam antiquitatis extat, hoc tibi modo non insūmīs labris natat, omne rationis artificium, virtutem, vitia, dictionum atticarum usum, ac planè scitus es, & in omni scientiarum genere primus, ob librorum aceruum. Nam quid vetat etiam me tibi ciconiam pinsere quando decipi te iuuat?

Ego verò perquam velim fieri abs te certior, cum Interrogas tot tibi libri sint, quibus potiss. te occupes, Platonis, Antisthenis, Antilochi, Hippoactis? Aut spretis his magis Rhetores in manibus habes, Aeschini orationē

Ironia.

c.ij.

aduersus Timarchum? An verò iam ante hęc omnia
tibi sunt clara,nec est cur legas? At in Aristophane &
Eupolide totus es Scin'Baptas! percurristi totam fa-
bulam.Num alicubi tetigit te poeta,nu ncubi pudu-
it te agniti flagitij?

Hic autē iterū miramur,quali animo, qualibus ma-
nibus libros verses? Quando? nū interdiu? quod ne-
mo vñquā facere te vidit. At noctu? An cum istis a-
lijs es intētus? aut ante vestra exercitia,quæ nisi cum
caligine terra est obducta aggredi non ausis? Mis-
sos verò fac libros, ac tuam rem potius cura, quāquā
hoc quoque indignū est,debuerásque Euri pidis. Phæ-
dram saltē vereri,quæ mulieribus succēset, ac inquit,
Nullas tenebras expauescunt consciās,

Néue ædium vocem latebræ edant,timent.

Quòd si omnino decreuisti tuo morbo blandiri,age,
abi,mercari libros,domi conclude,fruere partorū bo-
norum gloria,hac scilicet contētus, caue verò tangas,
aut lecturus aliquid aperias : ne sit in ore tibi veterū
aliqua oratio aut poema nihil male de te meritorum.

Non sum nescius hæc frustra à me disputari, &
nugas esse metas,iuxta adagionem,Æthiopem laua-
re.Nam tu non cessabis libros coemere, cum ab eru-
ditiss. quibusque rideberis, quibus non hoc agitur ut
libri niteant, & magnifici sint, sed vt viles verbis &
sententijs verborum.

An verò speras ista opinione tuam inscitiam posse
occulere, & codicū multitudine permouere vulgus?
Nescis autē quod imperitissimi Medici idem faciunt,
qui eburneis virgulis, & vasculis quibus sanguinem
eliciunt:argenteis, scalpellisque auro insignibus super-
biunt,cum verò horū iam usus est,ne in manus qui-
dem recte capere sciunt, aliis autē quispiam in me-

dium prolato phlebotomo rubigine quidem ambe-
sum, sed bene acutum, ægrum morbo leuat. Sed ut
tuarum rerum magis iocosam faciam comparationē,
ad hos mihi tonsores aspice, & inuenies eos qui arti-
fices optimi sint, nouaculum tantum ac forpicem &
mediocre speculum habere: sed ignari artis etiam si
infinita specula & forpices proponant, non tamen
latere omnes quod nihil calleant tonsoriæ. Acciditque
hoc risu digniss. quod plæricque apud vicinos tondent,
coram ipsorum speculis comunt. Et tu alij quidem
cui usus esset, cōmodare librum certe posses, ipse vti
non potes, tametsi nulli cōmodasti vñquam, facisque
hoc tantū quod canis in pr̄sepi, qui cum hordeo non
vescatur, equum tamen volentem pasci haud sinit.

Claudit
suo more
celebri &
scito dicto,
sicut verè
omnes fer-
monū suo-
rum parti-
culas solet.

V.C A L E N D . F E B R .

c.iiij.